



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 90. Quanto tempore residere quis censeatur Romæ, ut privilegio  
hu jus exemptionis gaudeat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

quod ego limito, nisi quaestio derepente exurgeret de re peritura, aut quaestio-  
tionem non admitteret, necessitas enim non habet legem. *l. 5. §. si quis viros ff. de  
4. dam. infecto cap. quod non est licitum de Reg. Jur. in 6. ut & si de chirographo aut  
obligationis ejus qui Romam discessurus est recognitione ageretur, est enim & hic  
casus inter multos quos in unum congeffi, de jurisd. ord. in Exemptis lib. 2. quest.  
45. alii item sunt sexcenti, qui pro re nata & ex variis causatum figuris quotidie  
oriuntur.*

---

QUAESTIO LXXIX.

A quo tempore quis censendus sit Romipetarum jure gaudere,

SUMMARIUM.

1. Iter adornare quando quis dicatur.
2. Quantum censi debeat tempus preparatorium ad iter.

1 **R**espondeo, ab eo tempore quo quis incipit vasa colligere, hoc est se com-  
parare ad iter Romanum; iter enim nemo suscipere potest nisi prius viatica &  
caetera ad iter necessaria preparaverit. Quo fit ut & illud tempus etiam cen-  
seri debeat pars perfectionis, eodemque jure quo ipsa perfectio regulari, *l. qua de  
totia ff. si pars hered. pec. praes loco à tota ad partem*, nam & concesso uno, censetur  
omne id concessum, sive quo commodè id experiri non potest, *l. 2. ff. de jurisd.  
om. jud. l. Penult. ff. de usu fr. Navarr. cap. novu. no. 3. m. 18. de judiciis*.

2 Cujus autem quantitatis esse debeat tempus illud preparatorium ad iter Roma-  
num, diffiniri praecise non potest, sed relinquendum est arbitrio judicis, qui illud  
discernat ex qualitate rerum & personarum, *l. continuis §. cum ut ff. de verb. oblig. l. 1.  
C. de jure delib. Albertus Brunus de rebus dubiis Rubrica, de dubia dispoitione circa  
tempus*.

---

QUAESTIO LXXX X.

Quanto tempore residere quis censeatur Romae, ut Privilegio hujus  
Exemptionis gaudeat.

SUM-



## SUMMARIUM.

1. Privilegium Romipetarum durat, quamdiu eorum negotia. Gessante causa, Privilegium cessat effectus.
3. Affectata absentia non prodest.

Eugeniana indefinite loquitur per verba habentia tractum temporis successivum, d. extrarag. divina verb. durante negotiorum & causarum huiusmodi profectio, moram trahentes & recedentes ab eodem. Itaque Romipeta tamdiu Romam degere censetur, quamdiu dure bunt negotia ob quae Romam petit, proinde cessantibus, cessare etiam censetur hoc Privilegium. Quia cessante causa, privilegium cessat effectus, cap. cum cessante de app. prout cessabit etiam Romipeta seu Romam degens affectet absentiam. Impedimentum enim affectatum regulariter non excusat. Tiraq. de Reur. conf. 1. §. 35. gloss. 4. num. 29. Fel. cap. fin. num. 5. de testibus moneta de distribut. quotidian. par. 2. cap. 15. num. 24. l. si an in provincia §. tam diu & l. hi qui ff. ex quibus causis majores. Abb. cap. exposuit num. 14. de dilat. quod multis exemplis late ostendimus alio in loco, hb. 4. de jurisd. et. ord. in exempt. quest. 71. ad instar legatorum; quorum legatio cessat statim ac finita est causa legationis. Barb. & DD. d. §. tam diu. Tunc enim cessat absentia iusta seu causaria de qua late Doctores jam laudati.

## QUAESTIO NONAGESIMA PRIMA.

An & tempus reversionis sub Eugeniana comprehendatur.

## SUMMARIUM.

1. Romipetis imputatur etiam tempus reversionis.
2. Tempus reversionis quantum esse debeat.

Respondetur comprehenditur, Pontifex enim disponit de moram trahentibus & recedentibus, idque etiam ostendit juris communis ratio, absentem enim ex iusta causa concedi & computari debet tantum residui temporis, quo possit redire in patriam, illudque reversionis tempus eodem jure regulatur, quo aliud tempus absentiae causariae, l. si cui in provincia §. tam diu l. qui mirantur §. fin. ff. ex quibus causis majores. Soletque pro reversionis tempore computari unus dies pro singulis viginti militibus Italicis, glo. §. tam diu l. 1. ff. si quis cant. l. 3. ff. de verb. sig. glo. cap. nannuli de